



Nobilissimo atq; Amplissimo Viro, D.
D. Constantino Huygens,
Johannes Smith S. D. Pl.

Post Deum tibi, Vir Nobilissime, tabellam debeo
qui Aesculapio major, solo alloquio sic instaurasti
jaentem, ut febre devicta valetudine ab eo tempore
utar integra. Si talem Aesculapium invenisset
Douglasius equitum Ductor, non urgeret me nunc
Abercromius Optio, nec elegantissimus Hummus eiusdem
Turris Vexillarius, Conjerii ex adfinc nepos, tibi pridem
vexilli obligatus nomine; uterq; Verbolii nostri consilio,
aditum sibi ad te, et per te ad Cellissimum Principem,
superioremq; militaris sui ordinis gradum ut sternerem.
Ego etiam me norim prolixeq; ipsis testatus sim, amicitiam
nostram litterarios cancellos non expressam, non potui
tamen in ambitu tam honesto, amicis meritisq;
pertinaciter obliuisci. Quantum ergo res tue
ferent, facies spero ut sentiant et se a me, et
me a te amari, pluresq; tibi viros bonos noris
nominebus identidem obstruere. Bene vale,
Raptim, VI Nonas Novemb. ^{Jul.} A R C1210CXXXVIII.
Muronays.

Hug. 37.

Mijn Heer

Mijn Heere Constantin
Huygens, Heere tot Sijlto
Raed en Secretaris van sijne
Hoogh: den H. Prince van
Oranjen

